

Ne verò Anglus cum Gallo & Sociis Præsulibus, qui in omnibus locis occupatis missaticum Idolum, undique affluente pullatorum cattervâ, erexerunt, in Religionis potiùs Reformatæ, quam Belgicæ Reipubl. perniciem conspirasse videretur, peculiari edicto omnes Romano Catholicos Sacerdotes & Clericos Regno excedere jussit; Quod, ut metu Populi & Parlamenti factum, ita hoc edictum à Parlamento non confirmatum modò, sed majori ausu, novis Legibus Religionis securitati prospexit, imò Rex ipse ad pacem cum Belgis ineundam mezuendis rationibus compulsus fuit.

1674.

Verùm prout incendium, ni promptè restinguatur, vicina quoque corripit, ita Bellum in Belgio surgens Germaniæ, Daniæ, Pomeraniæ facem intulit, qua subito correptæ arserunt. Hinc enim Westphalia Gallorum armis tentata, sed factis induciis mox liberata; Alsatia liberis Urbibus, inter quas Colmaria nobilis, occupatis, & locis munitis dirutis, in Regis obsequium compulsæ; Palatinatus per Turennum ferro & igne miserè vastatus, eo ipso tempore quo Coloniensis & Monasteriensis Episcopi à Galli partibus Imperatoria auctoritate discedere sunt jussi; Montispellicardum, Urbs & Ducatus, fugato Duce, occupata; Ducatus Bipontinus & Simmerensis ad Svecorum Regem hereditatio jure devoluti, omni vexationis genere, ab Amico & Socio, oppressi; ad Saram quinetiam fluvium cuncta incendio, tragico more, deleta fuerunt.

1673.

1674.

1676.

1677.

Hinc etiam inter Electorem Brandenburgi-

1675.